

Tomus XIII
Miscellanea Philoy.

[Faint handwritten mark or signature]

The
Diff
Gr
In
M
P
Ex
Pe
Ex
C
A
G
C
e
e
T
T
T
G
e



מִיְהוּוֹה וְלִיהוּוֹה עֲנִיּוֹת דַּעְתֵּי;

בְּרַעֲיָה

sive de

FESTIS

ORIENTALIUM,

Ebræorum cū primis, EXERCITATIO SECUNDA,

*in inclut à Academià Leucorea
Publicè ad disputandum proposita.*

à

M. JOHANNÉ ERNESTO GERHARDO

Jenensi, Coll. Phil. Adj.

RESPONDENTE


JOHANNÉ GEORGIO LAURENTII

Osfitiô Misnico.

In Auditorio Philosophorum

d. XIII. Febr.

horis matutinis.



WITTEBERGÆ,

TYPIS JOBI WILHELMI FINCELII,

ANNO clc lcc L.





D. D.

INter ridiculas fabulas Judaicas, quas so-
 mniorum hujuscemodipromus condus felicis-
 simus, magnæ tamen idem apud Apellas aucto-
 ritatis, *Baal Hatturim* proponit, non parum e-
 minet Cabbalisticum acumen, quod propalavit super
 Exod. XXXI, 17. dum ad verba illa Exod. XXIII, 12.
 &c. וַיִּנָּפֶשׂ וַיִּנְפֹּשׁ וַיִּנְפֹּשׁ וַיִּנְפֹּשׁ וַיִּנְפֹּשׁ וַיִּנְפֹּשׁ
 & *die septimo quiescat & respiret Filius ancilla tua & peregrinus*: respiciens, notat
 ; סֵפֶה שְׁתֵּי נַפְשׁוֹת לְאָדָם בַּשַּׁבָּת *Sophe*
Thebboth: שְׁתֵּי שֵׁנִים שְׁתֵּי שֵׁנִים שְׁתֵּי שֵׁנִים שְׁתֵּי שֵׁנִים שְׁתֵּי שֵׁנִים
 quòd *duæ animæ sint homini sive in homine*
in Sabbatho. Quibus verbis hoc vult nugarum venditor: si
 dictionum, modò è textu Ebræo adductarum litteræ ulti-
 mæ ad unam dictionem revocentur (qui modus apud Ebræ-
 os סוּפֵי תִיבוֹרִת i. e. *finis dictionum* vocatur, quemadmo-
 dum e contra, quando initiales dictionum diversarum lit-
 teræ solitariè scribuntur, ראֲשֵׁי תִיבוֹרִת *initia dictionum*,
 atq; usitatè *Abbreviaturarum*, de quibus integri tractatus à
Münstero, Weigenmeiero ac novissimè accuratissimeq; à *Cl.*
Buxtorfio in lucem emissi extant, nomine veniunt,) emer-
 git inde, retrogrado ordine litteris connexis, vox שְׁתֵּי
duæ. Quid hòc insinuatur? quòd videlicet duæ animæ tum,
 in Sabbatho intellige, quo de feriando ibi agitur, in homi-
 ne sint. Atq; hujus rei gratiâ addit quoque idem *Baal Hattu-*
rim: וְעַל כֵּן עָפֵר דְּוִינָפֶשׁ כְּפֹלֶה מְשֹׁם בְּנַפְשׁוֹת : i. e.
 & *propterea alia expositio est h. e. alii exponunt tali modo, quòd duo*
verba ejusdem significationis adhibeantur propter duas animas.
 In Sabbatho videlicet: aliàs enim tres in homine animas
 esse, distinctas à se invicem, produnt Judæorum Dd. hoc di-

שלש נפשות שונות חולקות זו מזו הנפש :
 : החכמה לעצמה : והבהמיות והצומחות :
 juxta *Baal Hatturim* in die Sabbathi Judæorū sententia illa
 הנפש בגוף כגר בארץ נכירה שאין לו עזרים וסומכים
 i. e. *anima est in Corpore sicut peregrinus in terra aliena,*
ubi nullos habet auxiliares nec sustentatores. Hæc nimirum
 Cabbalæ Judaicæ ἀνεξίβεια est, hi flosculi. è quibus num non-
 nulli succum istum de *tribus essentialibus hominis partibus,*
 animâ videlicet, Spiritu & Corpore (quæ ipsa Rabbino-
 rum aliàs aliorumq; nonnullorum sententia est, quam
 & accuratè refutavit eximium Academiæ Salanæ decus, ac
 Præceptor quondam meus fidelissimus, pl. Rev. Dn. *D. Mu-*
seus Disp. de *Hominis partibus* anno 1638. Jenæ habitâ. Con-
 feratur *B. Par.* meus Tom. VIII. de *Morte* §. 76. Dn. *D. Feur-*
bornius Fasc. VI. disp. 3. Coroll. 1. 2.) traxerint; vel potiùs,
 num *Baal Hatturim* conjecturam suam inde hauserit, ad-
 firmare quidem nolumus. Id tamen adserimus, si tam
 veritatì consentanea illa Judæorum opinio esset, quàm fal-
 sitati, pulcerimâ nos spe foveri posse, fore ut longe felicio-
 res commentatio hæc nostra de Festis haberet successûs,
 quippe cui ansam dedere cogitationes quædam ac Medita-
 tiones, quæ ut plurimum post peracta sacra diebus Sabba-
 thicis subortæ nobis è sacris litteris Theologorumq; libris
 sunt. Cœterum quicquid tandem hujus rei sit, nulli tamen
 nos dubitamus, gratiam divinam seriis ob hoc defatigatam
 à nobis precibus, adfuturam quoq; nobis, ac Ἐὐ ἐν laboribus
 hisce largituram benignissimè. πᾶσι γὰρ τοῖς ἐν Φρονῆσι συμμε-
 χει θεός. Cui sicuti συνεχῆς ἡ ἀδιάλειπτος ἡ τῆς ἀληθείας φερεῖα
 ἐστίν: ita quoq; efficiat idem, ne à veritatis tramite aberre-
 mus unquam!

C A P U T I.

Diversa vocis שבת five *Sabbathi* in tabulis utriusq; fœderis ac-
 ceptio. Aliquando pro totâ septimanâ accipi. de locis Amos
 IX, 5. ac Luc. XII. *Jejunia* quibus diebus à Judæis religiosioribus
instituta?

instituta? quomodo comparata eadem? *Feria* unde singuli septi-
manæ dies dicti? *μία τῶν σαββάτων* quis dies? perpenditur ex
Matth. 28, 1. à *Piscatore* Herbornensi ac *Scaligero* fit discessus. Quid
ἡμέρα τῶν σαββάτων Act. XIII, 14?

QUæ verò ante omnia diversa nominis שַׁבָּת sive
Sabbathi evolvì acceptio debuisset, jam nunc tandem
paucis à nobis consideranda. Tenendum itaq; pro-
bè est, quòd vocabulum שַׁבָּת non pro eo saltim die, quo
singulis septimanis populum suum ab omnibus operibus
feriari Divinum Numen voluit, accipiatur, septimò vi-
delicet, prout consideratus à nobis dissertatione præce-
denti fuit. Sed, quemadmodum ipsa suâ naturâ vox *Sabba-
thi* quietem notat, ita etiam adhibetur aliquando in Sc. S.
pro *Sabbatho annorum*, quoniam ipsius quoque *eternitatis*, ceu
priori modo juxta *Schindl.* occurrit Lev. 25, 4. posteriori sen-
su juxta eundem *Schindlerum* aliosque Interpretes com-
muniter *Esaiaë* 66, 23. Hoc loco id saltim notatum volumus,
quòd interdum pro *totâ septimanâ*, ab ultimò & præcipuo
ejus die, septimò videlicet ita denominatâ, sumatur. Sen-
su hoc juxta nonnullos occurrit Lev. 23, 15. & secundum
Schindl. etiam *Amos* IIX, 5. Conf. *B. Par.* Disp. in Cap. 8. *A-*
mos. Dubium nullum est, quoniam eadem synecdoche dictio
σαββάτῃς sumenda Luc. XIIX. *Commate* 12. fit, ubi superbo
intumescens Spiritu *Pharisæus* secum merita sua perpen-
dens Deoque remuneranda sistens ita introducitur: *ἡμερῶν δὲ*
τῆς σαββάτῃς. vocem *Sabbathi* clarè de septimanâ exponit h. l.
Arabs, trãfert enim (alii habent *בסבוע*) *אצום יומין פי כל אסבוע*
jejuno biduum s. *duos dies in septimanâ*. pariter *B. noster* *Lu-*
tberus: *Ich faste Zvier in der Wochen.* nec aliter *Gallus*:
jejeusne deux fois la sepmaine h. e. *jejuno duabus vicibus in*
septimanâ. *Syrus* verò itemque *Æthiops* vocabulum *Sabbathi*
retinent, eodem sanè quo in textu Græco sensu. pro Græco
tamen *δὲ* adhibet *Æthiops* vocem *ከሰን* † quæ rursus, *ite-*
rum notat. Ubi simul in eodem hoc versiculo obiter nota-

A 3

mus

mus erratum typograph, in editione Romaná, quo pro
ἄρϰυ † legitur ἄρϰυ † Rectè híc Bulgarorū Archi-Epi-
scopus *Theophylactus*: τὸ νησεύω δὲ δις ἑβδόμενης, τοῦτέστι δευτέρου
τῆς ἐβδομάδος, σαββάτων γὰρ ἡ ἐβδομάς ἐλέγεται, ἀπὸ τῆς τελευταίας
καὶ ἀναπαυσίμου ἡμέρας ὀνομαζομένη. σαββάτ (malè hoc *Oeco-*
lampadius Latinè *Sabet* exprimit) γὰρ ἡ ἀνάπαυσις, καὶ σαββάτ
δὲ τὴν ἐβδομάδα ἔλεγον πληθυντικῶς. de quo postremo *Theophy-*
lacti adserto paullò post agemus prolixius. Quòd verò hoc
loco apud *Lucam* voce, σαββάτ Septimana intelligatur,
adeò recepta apud omnes non solùm Interpretes sed alios
quoq; Viros doctos, sententia est, ut nesciamus, an quisquā
aliter acceperit unquam. Videantur præter *Comment. in*
Lucam, *Dn. D. Glassius* Gram. S. p. 89. nec non *Rhet. S. p.*
464. Dn. D. Müllerus *Judaismi* p. 735. *B. Parens* *meus* *Harm.*
Res. p. 21. Schindl. Lex. Pentagl. in voce שבת *Casaub.*
Exerc. I. contra Baron. p. 63. it. ad Sveton. c. 76. Barth. Ma-
yerus *Phil. Sacr. lib. 2. p. 307. Samuel Petrus* *Var. Lect. lib. III.*
p. 80. Quonam verò cum primis tempore vel quibus diebus
in isto septiduo, Sãctiores illi sive religiosiores inter *Judæos*
qui videri volebant, *Pharisæos* intellige, jejunarint, non
æqvè notum vel observatum ab omnibus interpretibus vi-
demus. Indicat verò similiter hoc laudatus modò *Pater*, dū
paullò post de *Pharisæis* subjicit: ἐνήσευον δὲ ἄρα οἱ *Φαρισαιοὶ*
δευτέρου καὶ πέμπτου. De cujus quidem effati veritate ut ut *Corn.*
Jansenius in *Comment. ad Conc. Evangel. cap. 99. p. 706.*
subdubitare videatur, immò *Maldonatus* *Jesuita* non igno-
bilis penitus id rejiciat, apud nos tamē fidem non immeritò
meretur, cum non solùm ante *Theophylactum* idem hoc
observatum ab *Epiphanio* fuerit, cujus hæc de *Jejunio Ju-*
dæorum verba sunt: ἐνήσευον δὲ δις ἑβδόμενης, δευτέρου καὶ πέμ-
πτου; verùm etiam ejusdem consvetudinis non obscura te-
stimonia ex ipsorum *Judaicorum* Magistrorum scriptis de-
promi possint. Ita enim in ראשית הכמר (cujus auctor
Elias

*Elias de Vidas à Cl. Buxt. in Bibl. Rabb. statuitur) 14. I. legi-
tur: Decreverunt (Rabbini sc.) jejunandum esse die secundo &
quinto (h. e. feriâ 2. & 5. vel ut hodie ex gentilismo loquimur,
die Lunæ ac Jovis.) Et secundò quidem ob destructam adem,
(Templum intellige Hierosolymitanum,) combustam legem
& probrum Domini. Similia habentur in Volum. Jejunii fol. 54.
col. 2. Amplius decreverunt Magistri nostri, ut jejunaretur die-
bus secundo & quinto propter tres res, videl. propter destructum
templum, propter Legem conflagratam & propter probrum Di-
vini nominis; Verba Ebræa adscribere prohibemur ob cita-
torum librorum carentiam, quam tamen quoad Latina sup-
plevit hîc egregium quondam Rabbiniſmi decus Cl. Drusus
Præter. lib. 3. p. 110. Aliam tamen biduani hujus jejunii caus-
sam deprehendere licet in libro Musar, de quo itidem nihil
hîc nobis suppetit, præter videndi desiderium, è quo idem
Drusus refert, quòd secundo die propter nautas & eos qui
mare trajiciunt, quinto verò propter gravidas & lactantes
jejunare Judæi soleant. Quin & tertio ac quarto die jejunare
solitos Judæos fuisse, ex memorato libro Musar & Eliâ in
Tisbi rad. סדר itemq; Mercero Comm. in C. I. Gen. v. 15. pro-
dit sæpius laudatus Drusus. addatur etiam Buxt. Lex Talm.
p. 1479. Sed probabilior illorum nobis sententia videtur,
qui censent, propterea Judæos die secundo ac quinto jeju-
nia jam inde à multis seculis instituisse, quia Moses die
quinto in montem Sinai ascendit, ac die secundo descendit.
Faciunt huc verba R. Jehuda in libro Musar Cap. 4. f. 47. quæ
similiter Drusio accepta referimus, qui postquam idem de
Mose commemoravit, subnectit: ideo soliti sunt jejunare
illis diebus. Atque his ipsis etiam diebus in Synagogis legem
ex institutione Mosis legebant, æquè ac die Sabbathi. Te-
stem laudamus alterum Mosem (Maimonidem videl. quo de-
tritum Judæorū dicitur est משה ער משה לא היה כמשה)
qui in יד חזק (quem rarissimum pretiosissimumq; li-
brum*

omnis

brum benivole studiis nostris suppeditavit Excellentissimus Vir, Dn. Job. Ericus Ostermannus, Dominus Patronus ac Hospes meus pl. colendus) Vol. I. lib. 2. Cap. 12. statim ab initio fol. 73. col. I. hæc habet: משה רבינו תיקן להם לישראל שיהו קורין בתורה ברבים: h. e. *Moses Magister noster præcepit illis Israelitis, ut legerent in Lege publicè sive in publico conventu, in Sabbatho, in secundo & in quinto die.* Paria tradit CL. Buxtorf. *Synagog. Judaicæ* Cap. IX. p. 228. ex *Talm. tr.* בבא קמא nec non R. *Alphes*, non quidem ex institutione Mosis, sed Prophetæ Edsæ in captivitate Babylonica. Judicent nunc eruditi, an forsan mendum typographicum in verbis *Salmanticensis*, à *Drusio* Præter. lib. 3. ad Luc. 18, 12. citatis, occurrat, ubi idem hoc Mandatum sive ordinatio Mosaica ad diem *Sabbathi*, nec non *secundum & quartum* refertur. sed errore manifesto, ac pro *quarto* substituendus omninò dies *quintus* est. pari modo apud *Buxt. Synag. Judaicæ* p. 229. pro *feria sexta*, *quinta* substituenda feria videtur. Ast non licet hîc progredi longiùs. quare de *Jejuniis Orientalium* atq; adeò ipsorum etiam *Judeorum* prolixius agemus *DIE ALIO*. Videantur interea, quæ de jejuniis *Ebræorû* scripta reliquerunt *Schindl. rad.* בן צור *Buxtorf. Synag. Jud. Cap. 25.* cæterorum verò *Orientalium* etiam *Scaliger* libris de *Emendatione Temporum* passim, *Muhammedanorum* verò *CL. Hackspan. de Pass. Christi.* Cum primis a, quæ de *Antiquæ Ecclesiæ* jejuniis eruditissimè collegit Vir neutiq; sui nominis *Petitius* Var. Lect. lib. III. Cap. 2. Quæ deniq; idem *S. Theophylactus* pronunciat: σαββατὰ δὲ τῶν ἐβδομάων ἔλεγον πληθυντικῶς, verissima omninò etiam sunt, facemq; præferunt multis obscurioribus *Script. S. locis.* cum primis si addantur illa, quæ statim subjungit idem, dum ὅθεν, inquit, καὶ μίαν σαββάτων τῶν πρώτων ἡμέραν τῆς ἐβδομάδος, τῶν παρ' ἡμῖν κυριακῶν ἐκάλουσι, τὴν δὲ γὰρ ἐβραίοις τὸ μίαν αὐτὸν σημαίνει, τῶν πρώτων. qvin, qvem-
admo-

modum apud Christianos singuli septimanæ dies FERIAE salutari solent (ab antiquo scilicet [Ecclesiæ ritu, quo annum Ecclesiasticum à Paschate fideles auspicabantur, ceu etiamnum quoq; in Ecclesiâ Antiochena fieri dicitur, cujus cum primæ septimanæ dies cuncti festi essent indeq; Feriæ dicerentur, factum hinc, ut & sequentium hebdomadarum omnium per totum annum dies FERIARUM nomine fuerint insignitæ) ita more S. Scripturæ singulos etiam totius septimanæ dies in N. T. collectivè tamen sumtos, sive integram hebdomadam, cujus vel unus etiam dies, septimus nim. festus fuit s. Sabbathum, *Sabbata* dici, constat. Non possumus, quin rursus in rem hanc producamus laudati Patris verba, quæ habet super c. 28. Matthæi. ita, verò ille: *σαββατα γάρ ἐλεγον τὰς ἡμέρας τῆς ἐβδομάδος. μίαν δὲ τῶν πρώτων. ὥστε εἶναι τῶν κυριακῶν μίαν τῶν σαββάτων. τοῦτέστι πρώτην τῶν ἡμερῶν τῆς ἐβδομάδος. πρὸς γὰρ τῶν πρώτων εὐθὺς καὶ ἡ δευτέρα λέγεται. εἴτε ἡ τρίτη καὶ ἕξ ἢ αἱ λοιπαι.* Manifestum hinc est, quomodo intelligenda D. Matthæi verba sint, quibus egressum muliercularū ad Domini sepulcrum indicat Evangelista. ὅψε, scribit, *δὲ σαββάτων τῆ ἐπιφωσκύσει εἰς μίαν σαββάτων.* per ὅψε enim σαββάτων rectè intelligit *Euthymius* totius septimana Judaicæ finem, ut inde non incommodè reddi possit: *elapsò Sabbatho ordinario atq; adeò toto septiduo sive etiam ad finem vergente die septimo τῶν σαββάτων. appropinquante verò die primo sequentis septimana,* quæ itidem *σαββατα,* sive cujus singuli dies *σαββάτων* nomine veniebant, ita ut dies *κυριακή* s. *Dominica* nostra *μία τῶν σαββάτων,* dies *Lunæ* verò *δευτέρα τῶν σαββάτων,* *Martis* *τρίτη τῶν σαββάτων* & sic porrò vocarentur. Quare verò *μία* pro *πρώτη* adhibeatur, ad Orientalium consuetudinem sive morem Ebrææ Lingvæ referunt commentatores ac sacrarum litterarum Interpretes communiter. Videatur *B. Par. meus Histor. Res. Chr. p. 21. & 165. nec non Harm. Evangel. part. 1. p. 758. Dn. D. Walther. Harm. Bibl. p.*

69. & 804. Dn. D. *Hülsemannus* Brev. Extens. p. 165. Dn. D. *Glassius* Gramm. S. lib. IV. tr. 2. p. 653. D. D. *Müllerus* Judaismi p. 763. eo nimirum sensu, quo vox שבת Gen. 1, 5. juxta Dn. D. *Glass.* l. c. B. Par. l. c. & Hag. 1, 1. ex mente B. Par. mei l. c. occurrit. Aures rursus præbeamus *Theophylacto* nostro, ad Luc. 24. notati: *μία τῶν σαββάτων ἢ πρῶτη τῶν ἡμερῶν σαββάτων, ἢ τῆς ἐβδομάδος ἢ ἡμερῶν ὀνομάζει, ὅπερ ἐστὶν ἢ πρῶτη ἢ πρῶτη κυριακῆς ἀναστάσεως ὀνομαζομένη κυριακῆς.* Conferantur omnino & superius allegata ejusdem Patris verba. Ignorandum tamen ne utiqvam est apud ipsum quod; *Homerum* Ἰλιάδ. ω annotante *Eustathio* hujusmodi enallagen dictionis μία pro πρώτη occurrere, teste *Theod. Beza* ad Matth. 28, v. 1. (Verba *Eustath.* edit. Romanæ p. 1052. hæc sunt: ἐν οἷς ὄρα καὶ ἢ τὸ μὲν ἡμερῶν ἀντὶ τῆς μιᾶς ἢ πρῶτης δηλοῖ. τὸ δὲ τῆς ἐξέρας, ἀντὶ ἢ δευτέρας. ὡς μὴ ἐγχαρῆν εἰπεῖν ἐν ἡρωικῶ μετρῶ τὸ δευτέρας διὰ τὸ ἀπερὶ πύλον ἀμφίμακρον ἡμερῶν οὕτω: σιχὸς ἡμερῶν, ἐτέρας, τρίτης, τέταρτης, πέμπτης.) cui tamen ad sensum præbere haut possumus, quando eo loco annotat, apud *Ebræos* plurali numero Lev. 23, 15. & c. 25, 8. שבתות vocari septimanam, potius dixerimus septimanas. una enim septimana loco priori juxta *Pagninum* שבת dicitur, non שבתה quo ipso etiam loco *Arabs* per السبوت i. e. quies, cessatio, vacatio expresit; sicut שבתות per السبوت congregaciones s. conventus. Eodem verè modo, quo apud Matth. 28. dictio μία adhibetur, pro πρώτη sc., (quemadmodum interpretem exceptione omni majorem habemus D. Marc. c. 16, 9.) occurrit etiam I. Cor. 16, 2. quemadmodum rectè observarunt Auctores suprà allegati locis citatis: quo loco ne utiqvam admittendam censemus *Job. Piscatoris* Herbornensis crisin, dum sine causâ satis prægnante suspicatur, scriptum ibi prius σαββάτων in sing. fuisse pro eo, quod jam legitur, σαββάτων scilicet. Quamvis enim non eamus inficias, *Ebraicè Sabbathum* aliquando שבת vocari, certum tamen est, שבתות in pl. numero etiam adhiberi in N. T. pro septimana.

na, eo quo supra diximus modo. sufficienterq; id ipsum etiam evincit articulus huic ipsi dictioni præmissus Luc. 4, 16. cap. 24, 1. Joh. 20, 1. & 19. (quem h. l. *Eclogæ MSS. Græcæ Bibl. Norib.*, de quibus alibi diximus, constanter etiam retinent, sicuti ipsam quoq; accentus in penult. locationem.) nec non Actor. XIII, 14. itemq; quod eadem dictio in reliquis etiam casibus in pl. numero occurrat. Vid. D. D. *Glaß. Phil. S. lib. 3. p. 89. Füller. Misc. Sacr. lib. 2. c. 10. Corn. Bonav. Bert. Lucubr. Frankt. p. 101.* ut taceamus, quod *Arabs* locis allegatis (excepto saltim Luc. 4, 16. & Act. 13, 14.) pluralem numerum adhibeat, nimirum *السبوت*, *Æthiops* a., ne & id dissimulemus, cunctis locis per *ἑνὸς* in singulari reddit, quod & B. *Lutherus* Luc. 4, 16. nec non Joh. 20, 19. fecit: in cæteris tamen similiter per pluralem numerum vertit. Ferenda autem nequaquam nimis audax *Josephi Scaligeri*, viri cætera summi, vox videtur, scribentis: *Porro usus pravus loquendi veram normam depravavit, Nam σαββατων prius dicebatur ex Ebr. שבתות. Et non dubium est, quin vetustissimi Judæi ἑλλωσαι dixerint μία σαββατων, pro quo posteriores maluerunt μία σαββῶτων, non bene. Et meo judicio in Actis XIII, 14. Ἡ ἡμέρα σαββατων melius legitur, quam σαββῶτων. Tamen vetustissimus est error: in de Emendatione Temp. lib. VI. p. 523. Absit, ut Scriptoribus divino spiritu agitati vetustum errorem attribuere velimus sine ullâ prægnante causa. vide *Bertr. Lucubr. Frankt. p. 101.* Dum verò idem *Scal.* p. 524. subjicit in dilucidatione commatis 14. Cap. 13. Actum Apost. gentes orabant eum, ut reliquis septimanæ diebus eadem sibi exponerentur, perinde ac in Sabbato, QVO SOLO JUDÆI IN SYNAGOGAS ET PROSEUCHAS CONVENIUNT: nescimus, quomodo firmo stare talo possint per ea, quæ supra ex *Maimonide* (quem juxta cum Judæis magni sanè faciunt Christiani Dd. consensu ferè unanimi. Conf. P. *Cunæum* præfat. in tr. de Rep. Ebr. ad Lect. it. lib. 1. de Rep. Ebr. p. 12, 13. *L. Emper.* præfat. ad *Itin. Benjam.**

jam. Dn. D. Glasb. præfat. ad Rhet. S. Buxt. Abbr. Ebr. in
 םבב׳׳׳ Quin nec Apostata Nibysio, parum aliàs æquo censori,
 ignotum illum Maimonidem videmus, quippe quiedo-
 ctus à Buxtorfio fuit, abbreviatè illum Rambam vocari i. e.
 רמב״ם R. Mosche Filius Majemoni. Nih. Majemonis
 habet, forsà Majemonidis dicere voluit.) adducta fuere. Cui
 gemina ferè sunt, quæ R. Abraham Zachuth in Sepher Jucha-
 sin scripta reliquit, dum infit: Tempore Mosis Propheta, qui
 tunc vivebant, ordinarunt ut legerent in libro Legis secundo &
 quinto & in die Sabbathi. utiqve in Synagogis. citat hæc ver-
 ba Drusus in Præteritis, ubi tamen pro quinto die vitiosè
 nisi fallimur, quartus positus est. videant, quibus ipsum li-
 brum Juchasin inspicere licet, cui error iste adscribi debe-
 at. nos laudatum librū impetrare hîc nondum potuimus.
 Cœterum num Actor. XIII, 14. in Ὁράσει illâ: ἢ ἡμέραν τῶν σαβ-
 βάτων subintelligi vox μιᾶ h. e. primâ die septimanæ vel die
 Solis, vel potius ἐβδομῆ debeat, alii dispiciât. Nobis sanè haut
 videtur absurdum, ultimum septimanæ Judaicæ diem,
 septimū nempe, absolutè ἡμέραν τῶν σαββάτων dici. Arabs certè
 itemq; Æthiops absolutè per Sabbathum exponunt, dum hic
 אֶבְרַת יְהוָה יום השבת exhibit. De Sabbatho
 certè κατ' ἐξοχὴν ita dicto ibidem sermonem esse, è textu ni-
 si fallimur, liquet. Notari deniq; & hoc potest, quod pro to-
 tâ lege ceremoniali, quippe in quâ nihil æqvè DEUS con-
 mendet ac Sabbathi observationem, vox Sabbathi quandoq;
 Synecdochicè sumatur, juxta doctissimum Cameron. My-
 roth. Evang. p. 16.

CAPUT II.

Quid per σαββάτων δευτερόπρωτον Luc. VI. intelligendum sit,
 magnæ Auctorum dividia. Nonnullis inter res fictas σαββάτων
 δευτερόπρωτον. Quid σαββάτων πρῶτον? duo festa immediatè quo-
 modo concurrentia Judæi celebrarint? Monachi cujusdam ridicula
 sponso. Naziazeni jocus. Epiphanii & Theophylacti sententiæ de Sab-
 batho secundo primo. Sabbathum duplex, alterum naturale, & alterū
 legale,

legale, juxta *Epiphanium*, *Isidori Pefus*, expefitio. Illorum sententia ventilatur, qui de ultimo Paschatis die accipiunt. *Scaligeri* ingeniosa observatio de manipuli oblatione. *Syra*, *Arabica* & *Aethiopica* versiones excutiuntur. *Jansenii* opinio.

Oppidò verò controversum inter eruditos singulis prope seculis fuisse cernimus, atq; adeò perqvàm difficile, quid per σαββατον δευτερόπρωτον initio Capitis VI. D. Lucæ intelligendum sit. Sanè qvemadmodum numeri Platonici propter summam obscuritatem proverbio locum fecerunt, ita etiam Judæorum σαββατα δευτερόπρωτα inter res præposterarum παρημιαικῶς fuisse jactata olim, testimonio *Johannis Citri* Episcopi πολυμαθῆσαι & prodit *Casaubonus* Exerc. 14. A. d. A. E. B. p. 308. miramur verò, quare σαββατον illud τὸ λεγόμενον πρῶτον à D. Petro apud Clem. Alexandr. lib. 6. Strom. dictū, quodq; εἰ μὴ σελήνη Φανῆ, ἐκ ἄγασιν, οἱ Ἰσραῖλοι scil., magis obscurum sibi dicat laudatus *Casaubonus*. quid enim vetat suspicari, quòd cum omnia novilunia singulari studio festa haberent Judæi, ceu alibi ostendimus prolixè, primum illud novilunium in anni initio adeò observarint religiosè, ut non auspicarentur Festum novilunii nisi ortà Lunà sive splendore novæ Lunæ apparente. Quam ipsam licet festivitatem ex constitutione quâdam orali, quæ per R. *Eliezer* fuerit propagata, propter aliam festivitatem, diem illum, quo nova Luna apparuit, insequentem, dilatà fuisse in diem aliū, non minus ac alia festa concurrentia *Münsterus* ad C. 26. Matth. nec non præfat. ad Kalendarium Ebraicum. it Kal. ipso p. 128. observavit, cui etiam fundamento *Scaliger* non uno loco nec non *Jansenius* aliiq; innituntur, hanc tamen regulam stante etiam Templo inter Judæos in suo neutiqvàm mansisse valore, more suo i. e. eruditè ex Talmude evincit ingens Rabbinismi decus, Cl. *Job. Coccejus* ad tr. Sanh. C. I. p. II. & 12. Conf. *Lud. de Dieu* Comment. ad c. 26. Matth. p. 123. quoad posteriora etiam temporaria *Buxtorffius* Synagogæ Jud. p. 346. 348. 353. & 362. Cæterum

quid δευτερόπρωτον σάββατον sit, ulterius placet inquirere. neq; enim nos latet mentionem hujus facere D. Lucam, atq; adeò feriã aliquam s. Sabbathum hóc nomine venisse apud Judæos. Ut hinc meritò eruditus risum debeat Monachus quidam idemq; Theologiæ Professor, cujus *Erasmus* notis ad Luc. 6. meminit, qui in convivio quodam rogatus ab erudito aliquo, sed tamen aliud studiorum genus professo, quid sibi vellet Sabbathum secundo-primum (ita σάββατον δευτερόπρωτον à *Vulg.* Luc. 16. translatum) negavit, quicquam tale reperiri unquam in Evangeliiis, quæ alioqui probè teneret: Cùmq; alter adseveraret, apud Lucam esse, provocavit ad certaminis periculum. *Hanc Cappam meam*, dicens, depono, si tale quid scripsit Lucas. Ignorantiam etiam, quid δευτερόπρωτον σάββατον fuerit, suam prodidisse *Nazianzenum* nonnulli censent, quippe, qui cùm à D. *Hieronymo* quæstio ei proponeretur, quid sibi vellet apud Lucam σάββατον δευτερόπρωτον, non verò haberet in promptu, quid responsi loco daret, eluserit joco *Hieronymum*: ipso *Hieronymo* teste epist. 2. ad *Nepotianum* de vitã clericorum. *Epiphanius*, cujus verba *Casaubonus* Exerc. 14. ad A. B. allegat, contra Ebionæos p. 73. & contra non-recipientes Evang. Joh. p. 197. duplex in Veteri Lege Sabbathum fuisse observat, naturale alterum; alterum legale s. lege definitum (illud τὸ φύσει σάββατον vocat, ac τὸ ἀπὸ δεξιῆς ὁρμῆς ἐν σάββατον; hoc τὸ ἐκ νόμου ὁρισμένον. prius καὶ ἐξ ὀχλῶ Sabbathum ita dici consuevit, septimus videl. cujuslibet hebdomadis dies; posterius *Festus dies* erat, lege demum Mosaicã à DEO institutus, quem similiter Sabbathum in lege vocari, jam pridẽ à doctis ostensum est. Confer. *Corn. Bonap. Bertram.* Lucubr. Francktal. ex edit. CL. Hacksp. p. 97. & seqq. nec non *Corn. Jansen.* Comm. in Conc. Evang. c. 37.) De naturali jam Lucam loqui potuisse verò illud *primum* s. σάββατον πρῶτον dici propter institutionem ejus antiquiorem, quàm legalium s. cœterorum festorum: potuisse a. idem &

secun-

secundum vocari, quoniam respectu præcedentis diei Paschatis, qui similiter festus constitutus à DEO in lege Mosai-
ca fuit atq; adeò & *Sabbatum* dictus, posterius erat, indeq;
σαββατον δευτερον. Et sic idem Sabbathum καὶ ἑξοχλῶ, sive
κυρίας juxta *Theophyl.* vel κυρίας, ut loquitur *Chrysof.* ita di-
ctum, diverso respectu πρώτον erat & δευτερον. Eadem, nisi
fallimur, *Theophylacti* quoq; mens fuit, cujus meritò mira-
mur, quare ne verbulo quidem de h. l. mentionem *Casau-*
bonus faciat. Ita verò ille ad cap. 6. Lucae statim initiò:
οἱ Ἰουδαῖοι πάντων ἑορτῶν σαββατον ὀνομάζουσι. ἀνάπτουσι γὰρ τὸ σαββα-
τον, πολλάκις ἐν ἀπὸντα ἢ ἑορτῇ ἐν ᾧ ᾠρασκευῇ, καὶ ἐκάλουν τὴν ᾠρα-
σκευὴν σαββατον διὰ τὴν ἑορτῶν. εἶτα τὸ κυρίας σαββατον, ὀνομάζουσι δευτε-
ροπρωτον, ὡς δευτερον ὃν ᾠρηγησάμενης ἄλλης ἑορτῆς καὶ σαββατου.
ἔτυχεν ἔν καὶ τότε γενέσθαι τῶν τοιῶν. καὶ ὀνομάζετο δευτεροπρωτον τὸ
σαββατον ἐκείνο. quæ verò *Jansenius* huic *Theoph.* expositioni
opponit, falsâ nituntur hypothese. non minus ac illa, quæ
illustri *Scalig.* Proleg. ad libb. de Emend. Temp. urget
contra eandem, ceu liquet ex iis, quæ egregiò studiò atq;
accuratâ opera collegit *Cl. Job. Coccejus* ad lib. Sanhedrin
Cap. I. p. II. 12. quem jamtum supra quoq; indigitavimus.
Alii primum azymorum diem σαββατον δευτεροπρωτον dicunt
autumant. Hoc sensu *Isidorus Pelusiota* lib. 3. ep. 114. scribit:
δευτεροπρωτον εἶρηται ἐπειδὴ δευτερον μὲν ἦν τὸ πᾶσα, πρωτον δὲ τὴν
Ἀζύμων i. e. secundo primum Sabbathum sc. dies iste primus
Azymorum, dicitur. secundum enim erat Paschatis, anteceden-
tis sc. respectu, primum verò azymorum. Sed quò minus hæc
sententia (cui, miramur, quare & *Pelargus* Qq. in Matth.
subscribat,) admitti possit, obstat, quòd Paschatis dies,
prout quidem à primo die azymorum distinguitur à *Pelusia-*
ta, Sabbathi nomine in S. Sc. non veniat, vel etiam prorsus
non differat à primo die azymorum: statim enim atq; a-
gnus die 14. mensis Nisan circa vesperam mactatus erat, in-
cipiebant dies azymorum, qui ipsi tamen omnes eo sensu,
quo

qvo primus & septimus (de hodiernâ Judæorum consuetudine, qvi otio nimio dediti, primo & septimo alios superaddunt, auctore *Buxt.* in synag. Judaica, jam non loquimur, qvippe qvæ fundamento in Sc. S. destituitur) dies aliaq; festa solennia *Sabbatha* dicuntur, *Sabbatha* salutari haut poterunt. qvemadmodum etiam nec in Script. nec à Judæis *Sabbatha* dicuntur, teste *Jansenio* Comm. in Conc. Ev. p. 242. cum ex Dei institutione ex parte saltim intermedii isti dies festivi fuerint. Alii de ultimo Pascatis Festi s. azymorum die, septimo videl. accipiunt. cum enim, *primus & septimus* azymorū dies ex DEI instituto præ cæteris intermediis religiosiori cultu celebrari debuerint, putant *Theod. Beza* in Luc. *Osiander* lib. 1. annot. in Harm. c. 47. *Cajetanus* apud *Jansf.* postremum azymorum diem, respectu videlicet primi (nam & ultimum Festi tabernaculorum diem, ubi similis ferè ratio, ita vocatū qvoq; esse, *Beza* atq; *Osiand.* sentiūt) hīc σαββατον δευτερον πρῶτον à Lucā vocari. atq; hanc doctiorum sententiam, cui forsam nec ipse invitus subscribit, esse, adferit *Corn. Bonav. Bertramus* Luc. Franktal. p. 99. Cæteras Interpret ū aliorumq; Doctorum sententias adjicere, chartarum prohibet angustia. Exhibebimus igitur illas excutiemusq; dissertatione proximā.

Faxit Sabbathi Dominus, idemq; autor, qvò ita celebremus σαββατον πρῶτον (liceat ita vocare Sabbathum, in Ecclesiā militante qvòd peragimus) in his terris, ut tandem aliquando in cœlis instituere σαββατον δευτερον qveamus, ubi offeremus illi manipulos s. primitias laudis perpetuæ per Sabbatha septem hoc est perfectas. Concludimus cum Psalte :

הזרעים ברמעה ברנה :
 יקצרו : הלוך ילף ובכרה נשת משך הזרע
 בא יבא ברנה נשת אלמתיו :
 אמן ואמן :

os (o) so
 8

01 A 6640


ULB Halle 3
003 108 309




Sb.

VD 17







43.

44

מִיְהוּדָה וְלִיהוּדָה עֲנוּתָה דַעְתִּי;

ב ז ר ע ד

sive de

FESTIS

ORIENTALIUM,

Ebræorum cum primis, EXERCITATIO SECUNDA,

*in inclusâ Academia Leucorea
Publicè ad disputandum proposita.*

M. JOHANNE ERNESTO GERHARDO

Jenensi, Coll. Phil. Adj.

RESPONDENTE


JOHANNE GEORGIO LAURENTII

Oslitiô Misnico.

In Auditorio Philosophorum

d. XIII. Febr.

horis matutinis.



WITTEBERGÆ,

TYPIS JOBI WILHELMI FINCELII,

ANNO clc lcc L.

